

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Speculum Quaestionum moralium, in universam
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. V. - An locorum interualla tollant amicitiam? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

*An locorum interualla tollant amicitiam?
An senes non sint idonei ad amicitiam?*

Conclusio-
nes quatuor
de amicitia.

Loci interual-
lum labefac-
tum amicitia,
non tollit.

Confirmata
amicitiam lo-
ci distantia
nō infirmat.

QVATVOR sunt conclusiones huius capitinis, prima à diuisione, secunda ab exemplo, tertia à proprietate, postrema à distinctione amoris & amicitiae: à diuisione, quod alij sint amici habitu, alij vsu & actione; ab exemplo, quod senes & morosi sint minùs idonei ad amicitiam, à proprietate, quod nihil sit tam amicorum propriū quam vitæ societas & communio; à distinctione, quod amor sit similis affectui, habitui verò amicitia. A prima conclusione emergit hæc questio, *An locorum interualla tollat amicitiam?* docet philosophus in textu non tollere sed labefactare; non penitus extinguere, sed quodammodo obliuioni tradere: intelligit amicitiam in actu usq; vite, non in habitu animi, quæ semel confirmata nec solo nec salo nec cœlo vt aiunt tollitur: virtus n: locorum spatiis hominūq; absentia non definitur. Rectè Horatius, Cœlum non animum mutant qui trans mare

mare currunt. Recte alibi philosophus,
Valde ab amici officio alienū est, si existis-
m̄ res posteriorum ad ipsos defunctos
nō pertinere; si defunctos amicos putes,
absentes esse cur negas? fateor equidem
verum esse proverbiū nēpe multas a-
micitias diremisse silentium: firmas ta-
mē & fideles eas fuisse nego, quæ tam le-
ui de causa dissoluuntur. De 2. questione
hoc solum dicam, quod philosophus se-
nes naturę infirmitati mancipatos intel-
ligat, istos enim ut in Ethicis docet, duo
plerumque sequuntur vitia, morositas &
avaritia: quibus redduntur minus apti ad
communionem & amicitiam. Quippe
cum illorum ingenia nullo condiantur
sale, cum illorum mores nullo delecta-
tionis sensu demulcentur, rigidi, seueri,
molesti sunt, in quibus tui imaginem id
est veram amicitiam insculpere nō pos-
sit, sunt autem senes quos nō natura, sed
sapientia fecit, horum canities veneran-
da est, horum amicitia maximè optanda
& amplexāda est. Nihil enim est firmius,
nihil utilius, nihil optatius & iucundius
experti sensis amicitia. Dicam hīc planè

Mm 5 quod

Questio se-
cunda.

Senes cur in-
epi sint ad
contrahendā
amicitiam.

Senū duplex
ratio.

Senum sapiē-
tum ambien-
da est amici-
tia.

sis Speculi MORA LIVM

quod sentio nullam esse apertiore in cū-
sam nutantum rerum publicarū quām
quod adolescentes voluptuosos amicos
quarant, senes verò doctos, fideles & sa-
pientes deserant.

Distinctio prima questionis.

Amicitia Habitū, & sic non deletar locorum in-
confidera- ternallo hominumq; absentia.
tur, vel in Actu vsuq; quotidiano vita, & sic absen-
tia dirimitur.

Distinctio secunda questionis.

Senex Quoad propen- Morositatem que plo-
confi- sionem naturæ, Avaritiam rumq;
dera- sic est minus a- Melancholiā hāc eti-
tur, vel ptus ad socie- Caloris spiri- tem se-
consi- tatem, propter tusq; defectū, quicue
dera- Quoad educa- Constanſ, Sapiens,
tur, vel tionem & sic est Delectabilis. Nulla e-
 aptissimus ad nim est maior dele-
 amicitiam, ctatio quā virtutis.
 quia est

Opp. contra primam questionem.

Amicitia est mutua benevolētia nō latens inter ho-
nos: sed nec mutua est nec patēs inter diu absentēs: ergo
absentia videtur amicitiam dirimere.

Resp.

Dirimit actum non habitū & essentiam amicitie,
que semel parta inuiolata & perpetua in animo manet
Praterea existimō in absentibus nō latere, sed toties a-
lius veluti charitatis enīx ab uno ad alterū transfluere,
quoties facultas & occasio detur.

Opp.

Opp.

Locorum interualla proprium amicitia tollit: ergo ipsam amicitiam. Antecedens probatur, quia locorum interualla vita societatem & communionem tollunt, sed nihil est tam proprium (ut ait philosophus in textu) amicitia quam vita societas & communio.

Resp.

Tollunt externum officium & actionem, non habitum & essentiam, ut diximus: nam sic loquitur Arist. Amici qui loco separantur, ita sunt affecti animo, ut proprio amicorum munere fungantur: & iterum locorum interualla funditus non tollunt amicitiam, sed officia & actionem.

Opp. contra secundam quest.

In omni sene est defectio spiritum & excessus melancholie que tristem & morosam naturam reddunt; ergo omnes senes sunt minus apti ad amicitiam.

Resp.

Hac tristem & morosam senem naturalem reddunt, non autem moralem, qui studio virtutis & sapientiae defectum naturam moderatur.

CAP. VI.

An amicitia absoluta sit solùm inter duos?

An amicitia propter iucundus suscepta sit similior vera quam quae propter vitile colitur?

An reges sumi viri perfectos amicos habeant?

In aditu istius capituli, ut ante a seueri & senes difficiles ab amicorum cœtu explodun-